



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

LXIII. Vt ab electis iudicibus prouocare non liceat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

nem & exclusionem Donatistarum, duo clerici ecclesie Carthaginensis ad comitatum mittantur.

*IN HOC CONCILIO QVAEDAM DE
constitutis superioribus corriguntur, vt Concilium uni-
uersale non nisi necessitate faciendum.*

De tempo-
re, causa &
actis huius
Synodi, vi-
de annota-
tiones Con-
cilii Africa-
ni IV. sub
Innocentio,
anno Chri-
sti 407.

GLORIOSISSIMIS imperatoribus, Honorio septimum & Theodosio secundum Augustis consulibus, Idibus Iunii, Carthagine in basilica regionis secundae, cum Aurelius episcopus vna cum episcopis suis confedisset, adstantibus diaconibus ait: Quoniam constitutum fuerat in Concilio Hipponensi, vt singulis annis contraheretur Concilium Africae plenarium, non tantum hic apud Carthaginem, verum etiam per diuersas prouincias suo ordine, & hoc referuatum est, vt indiceremus aliquando in Numidia, aliquando in Byzacio. At quia hoc laboriosum omnibus fratribus visum est;

LXII.

Idem habe-
tur in Mile-
uitano Cō-
cilio tem-
pore Inno-
centii cap.
9.
Cod. Can.
cap. 95.

Placuit vt non sit vltra fatigandis fratribus anniuersaria necessitas: sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Africae, vndecumque ad hanc sedem de hac re datae literae fuerint, congregandam esse Synodum in ea prouincia, vbi opportunitas persuaserit. Causae autem quae communes non sunt, in suis prouinciis iudicentur.

LXIII.

1. quaest. 6.
Si autem
prouocatū.
Cod. Can.
cap. 96.

Si autem fuerit prouocatum, eligat, qui prouocauerit, iudices: & cum eo & ille contra quem prouocauerit, vt ab ipsis deinceps nulli liceat prouocare.

Cum vniuersae legationes diuersarum prouinciarum allegarentur, gratissime acceptae sunt, id est, Numidiarum, Byzacenorum, Maurorum Sitiphensium, itemque Caesariensium, sed & Tripolitanorum.

LXIV.